



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Venerabili Eucharistiæ Sacramento Decisiones Theologico-Legales

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindellicorum, 1730

Index Quæstionum Canonicarum, Legalium, ac Variarum, Quæ in his Decisionibus habentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94643)

INDEX QUÆSTIONUM CANONICARUM

LEGALIUM, ac VARIARUM,

Quæ in his Decisionibus habentur.

- 1 **Q**uando valet argumentum ab Etymologia Vocabuli? Decis. 1. num. 2. & seqq.
- 2 Quæ pena sit puniendus Parochus negligens in administratione Sacramentorum? Decis. 3. num. 9. & 10.
- 3 Quæ sint Oratoria Publica, & quæ Privata? Decis. 8. num. 1. & seqq.
- 4 An Oratoria privata gaudeant immunitate Ecclesiastica, & sint capacia pollutione? Decis. 8. num. 4.
- 5 Utrum in Oratorio publico, habente Januam in Via publica, possit permitti aliud ostium, ex quo pateat ingressus in domum privatam, & per quod Patroni procedere possint in ipsum Oratorium? Decis. 8. num. 5.
- 6 An Episcopus in aliquo casu possit concedere, ut Missa celebretur extra Ecclesiam? Decis. 8. n. 12.
- 7 Oratoria Palatiorum, in quibus resident Rectores Urbium, & Arcium Serenissimæ Reipublicæ Venetæ an sint publica, vel privata? d. Decis. 8. n. 13.
- 8 Quinam possint celebrare in Oratoriis existentibus in domibus Cardinalium, vel Episcoporum, vel Regularium, vel Nobilium privatorum? d. Decis. 8. à num. 15. & seqq.
- 9 Quæ, & quot sint Privilegia à Jure Episcopis concessa? d. Decis. 8. à num. 18.
- 10 An Episcopus possit extra suam Diocesim celebrare Missam absque licentia Ordinarii, & dare benedictionem Episcopalem cum versu *Sit nomen Domini benedictum*? d. Decis. 8. n. 19.
- 11 Privilegia olim concessa Regularibus circa celebrationem Missæ in Oratoriis privatis, an sint revocata à Concilio Trid. d. Decis. 8. n. 22.
- 12 Qua de causa, & quo tempore prohibitum fuerit Episcopis, concedere licentiam celebrandi Missam in Oratoriis privatis? d. Decis. 8. n. 23. & 24.
- 13 Qua de causa, & quando Summi Pontifices ceperunt sibi mutare nomen? d. Decis. 8. n. 26.
- 14 Error nominis, aut cognominis, seu Civitatis, vel Diœcesis, an vitiet gratiam concessam in Breve Apostolico? d. Decis. 8. n. 28.
- 15 An Nobilis Venetus habens Breve Oratorii privati pro Civitate Venetiæ, possit eo uti etiam in Civitate Patavina, vel in Villa? d. Decis. 8. n. 31. & 34.
- 16 Quenam Nobilitas sufficiat pro habendo Breve Oratorii privati? d. Decis. 8. num. 32. & 33.
- 17 Oratorium privatum, an debeat totum esse constructum de muro? Decis. 8. num. 35.
- 18 Ordinarius an ad libitum possit visitare pluries Oratoria privata? Decis. 8. num. 36.
- 19 An detur appellatio à denegata licentia celebrandi Oratorio privato habent omnia requisita? Decis. 8. num. 38.
- 20 An per mortem Papæ expiret Breve Oratorii privati nondum executi? Decis. 8. n. 39.
- 21 An possint celebrari plures Missæ eadem die in Oratorio privato, vel à Sacerdotibus Sacularibus vel Regularibus? Decis. 8. num. 40.
- Utrum in eadem domo, in qua habitant duæ familiæ nobiles possint esse duo Oratoria privata? Et an vicissim utraque familia in alterutro possit audire Missam? Decis. 8. num. 41.
- An sit nullum Breve secundum, impetratum pro Oratorio privato, vel pro indulgentia, si nondum primum sit expiratum? d. Decis. 8. num. 42.
- Quæ sint Jura Parochialia prohibita exerceri in Oratoriis privatis? Decis. 8. n. 44.
- Quinam sint dies festi Solemniores, in quibus non licet celebrare in Oratoriis privatis? Dec. 8. n. 46.
- Quinam dicantur de familia, ut possint audire Missam in Oratorio privato? Et qui famuli, aut famulæ dicantur necessarii ad eundem effectum? Decis. 8. n. 47. & n. 50.
- Hospites hobiles quales esse intelligantur; ut possint satisfacere præcepto, audiendi Missam in Oratorio privata domus, in qua hospitantur? d. Decis. 8. n. 48. Et quid de horum Hospitum nobilium famulis? num. 49.
- An qui ex legitimo impedimento non potest ire ad Ecclesiam, sed potest audire Missam in Oratorio privato, teneatur sub mortali ibi eam audire? d. Decis. 8. num. 52.
- Utrum habens Bullam Cruciatæ possit audire in Missam in quocunque Oratorio privato? d. Decis. 8. n. 53.
- An liceat communicare audientes Missam in Oratorio privato? d. Decis. 8. n. 54.
- An celebrata prima Missa in nocte Natalis Domini, licitum sit prosequi celebrationem aliarum duarum Missarum, & communicare populum ante Auroram? Decis. 13. n. 14. & seqq. & n. 20. & seqq.
- Sacerdos, celebrans pluries in eadem die ex avaritia, qua pena sit ab Episcopo plectendus? Decis. 13. num. 6. 7. & 8.
- An Regularis bis celebrans in die ex avaritia possit puniri ab Episcopo? Decis. 13. num. 9. Et an ab Inquisitoribus S. Officii? num. 10.
- Decreta S. Congregationum Cardinalium an habeant vim Legis? Decis. 13. n. 16.
- Legum Papalium validitati quando derogat non publicatio, vel inobservantia? Decis. 13. nu. 18. & 19.
- Utrum Episcopus possit dispensare super irregularitate orta ex infamia ob Polyturgiam, vel Simoniam committam? Decis. 13. n. 8.
- Utrum Declarationes, & Decreta Congregationum Eminent. Cardinalium tum S. Rituum, tum Concilii Tridentini, ac aliarum habeant vim Legis, & obligent in utroque foro? Decis. 13. num. 16.
- An pro valore Legis Pontificiæ, & Decretorum Sacrarum Congregationum Eminent. Cardinalium sufficiat publicatio facta Romæ? Et quando contrarius usus derogat validitati ejusdem Legis, vel Decretorum? Decis. 13. num. 17. & 18.
- Quis Papa statuerit, non esse credendum Decretis Sacrarum Congregationum Eminent. Cardinalium, nisi sint in forma probanti, idest cum sigillo, & sub-

Index Quaestionum Canon. Legal. ac Variar.

- & subscriptione Cardinalis Praefecti? Decif. 13. num. 19.
- 40 Utrum Confessarius possit ingredi Clausuram Monialium pro frequenti Communione Monialis infirmæ, febre non mortali laborantis? Decif. 18. num. 1. & num. 36. Et Utrum assistendo pro moribunda? num. 37.
- 41 Quando inceperit Clausura Sanctimonialium? Quo Jure sit introducta? A quo Pontifice sit stabilita sub pena excommunicationis? Quæ veniant sub nomine Clausura? Decif. 18. à num. 1. & seqq.
- 42 Quæ, & quot sint causæ, ob quas Moniales possunt licite egredi de Clausura? Decif. 18. num. 9. & num. 16. 17. & 18.
- 43 In quos, & quibus casibus Episcopi locorum Ordinarii habeant facultatem delegatam super Regularibus? Decif. 18. num. 12. ubi quatuor casus, nempe in iis, quæ concernunt Curam Animarum, Sacramentorum administrationem, prædicationem Verbi Dei, & Sanctimonialium Monasteria.
- 44 An Virgines Canonistæ, & Dimissæ simul conviventes teneantur Legibus Clausura? Decif. 18. n. 13. & 14.
- 45 An Monialis professæ animo non se obligandi ad Clausuram, sit ei adstricta? Decif. 18. num. 15.
- 46 Utrum Moniales Conversæ possint exire de Clausura ad quaestandum eleemosynas? Dec. 18. n. 19.
- 47 Circa violationem clausura Monialium, an detur parvitas materiae excusans à peccato tam in egressu, quam in ingressu? Decif. 18. num. 20.
- 48 Quibus poenis, ac censuris afficiantur Moniales exeuntes de clausura, & eas concomitantes vel recipientes? Et an ab Episcopo absolvi possint? Decif. 18. num. 21. & 22.
- 49 An Monialis Novitia, vel puella educanda de facto egredientes absque licentia de clausura incurrant excommunicationem? Decif. 18. num. 25.
- 50 Ingressum Virorum in Monasteria Monialium quibus de causis Episcopi possint concedere? Decif. 18. num. 27.
- 51 Quæ sint poenæ inflictæ contra ingredientes Monasteria Monialium sine licentia, ac iusta causa? Decif. 18. num. 29.
- 52 Qui, & quot sint Casus reservati, à quibus Regulares etiam privilegiati non possunt absolvere poenitentes? Decif. 18. num. 30.
- 53 Quas poenas, & censuras incurrant tum Episcopi, tum Prælati Regulares ingredientibus Monasteria Monialium sine iusta causa? Decif. 18. n. 31. Ubi quæ sint ab his servanda pro suarum Monialium Visitatione ad præscriptum Bullæ Alexandri Papæ VII. diei 19. Octobris 1664.
- 54 Utrum Moniales recipientes pueros, etsi discretionis annos non habentes in clausuram, sint excommunicatæ? Decif. 18. num. 32.
- 55 A quibus dandæ sint licentiæ pro ingressu in Clausuram Monialium subjectarum Regularibus, & pro locutione cum ipsis? Decif. 18. d. nu. 32. & 33.
- 56 Quæ, & quot sint jura emanata contra Regulares, ad eos coercendos per Episcopos, ne accedant ad crates Monialium sine debita licentia? Decif. 18. n. 34. Et an Regulares sine licentia Episcopi possint celebrare Missam in Ecclesia Monialium? n. 35.
- 57 Quæ, & quot Decreta Sacræ Congregationis sint attendenda, & observanda ab Episcopis circa Confessarios Monialium? Decif. 18. n. 38. 39. & 40.
- 58 Infirmum per Viaticum communicato, intra quot dierum spatium eidem in periculo mortis perdurant possit iterum Sacra Communio dari, etsi eam jejunus sumere non possit? Decif. 19. à num. 1. & seqq. & num. 10. & 11.
- Rubricæ Ritualis Romani an vim Legis habeant? Decif. 19. num. 9.
- An Parochus communicans infirmum, in extremo vitæ constitutum, teneatur dicere illa Verba: *Accipe Viaticum &c.* ut in Rituali Romano? Dec. 19. num. 12.
- An melius sit communicare fideles adstantes Missæ, ea completa? An statim post Communionem Sacerdotis? Decif. 20. num. 2. & 3.
- Utrum Parochus teneatur communicare vulneratum vulnere mortali, qui ipridi communicatus fuerat? Item alium, qui eodem mane Sacram Communionem receperat? Decif. 23. à n. 1. & seqq.
- An licite quis recipiat Communionem Paschalem in Ecclesia Regularium, Parocho invito? Decif. 24. per totam.
- Qui sint Familiares Regularium, quibus ab ipsis Regularibus possint administrari Sacramenta? Decif. 24. num. 4.
- Quanto tempore ante, vel post Pascha possit adimpleri Præceptum de Communione Paschali? Decif. 24. num. 6.
- Ubi legantur Privilegia Apostolica, concessa Regularibus pro administratione Poenitentia, & Eucharistia, cuique de Populo in eorum Ecclesiis? Decif. 24. num. 9.
- Quas poenas incurrant Regulares administrantes Laicis Eucharistiam in die Paschatis sine licentia Parochorum? Decif. 24. num. 10. & 13.
- An Regulares in die Paschatis possint communicare Laicos illos, qui in hebdomada Sancta sunt communicati in sua Parochia, vel habent animum se communicandi in ipsa sequenti hebdomada post Pascha? Decif. 24. num. 11. & num. 15.
- Quanam esset horarum divisio tum de nocte, tum in die apud Hebræos, nec non apud primitivos Christianos? Decif. 25. nu. 2. 3. 4. & 5.
- An sit Communicandus Concubinarius, qui proficitur, non amplius tangere Concubinam, sed eam tenere pro gubernio domus? Decif. 28. n. 5. & 16.
- Nomine Concubina, quid intelligerent antiqui Canones? Decif. 28. num. 19.
- Polygamia cur permissa in Veteri Testamento? Decif. 28. num. 22.
- An Episcopus puniturus publicos Concubinarios teneatur præmittere trinam monitionem? Decif. 28. numero 10.
- Edictum Eminentissimi Cardinalis Barbadici Episcopi Patavini diei 10. Aprilis 1683. quo prohibet omnibus Confessariis Sæcularibus, & Regularibus suæ Diocesis absolvere Concubinarios non ejicientes Concubinas ex eorum domibus, Dec. 28. numero 18.
- An Sacerdos communicandus extra Missam debeat habere Stolum? Decif. 30. à num. 27. Variæ significationes Stola; tum apud Hebræos, tum apud Romanos, Venetos, & Ecclesiasticos. d. Decif. 30.
- An in feria Quinta Cæna Domini omnes Ecclesiastici teneantur communicare in Missa Solemni illius diei? d. Decif. 30. à num. 35.
- Orarium verè, & propriè quid sit, Decif. 30. n. 77. 13. & seqq. & num. 16. ubi quid essent Oratoria populi Romani?
- Quid significet Stola, tum apud Theologos, tum apud Canonistas? Decif. 30. numero 21. & 22.

Utrum

Index Quæstionum Canon. Legal. ac Variar.

- 79 Utrum Præcedentia debeat Parocho, vel Capitulo Ecclesiæ Collegiæ in danda sepultura alicui Parochiano? Decif. 30. num. 24.
- 80 An Regulares possint impedire Parochum, ne intret eorum Ecclesiam cum Stola, & Cruce, dum associat cadaver sui Parochiani ibi sepeliendum? Decif. 30. num. 25.
- 81 An licita sit consuetudo celebrandi aliquas Missas privatas in feria Quintæ Cœnæ Domini? Decif. 30. num. 37.
- 82 Utrum Theodorus Papa injecerit Sanguinem Domini consecratum in atramentarium, ut scriberet sententiam excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham hæreticum? Decif. 32. à num. 3.
- 83 Quo in Altari Ciborium sit ponendum, pro Sanctissima Eucharistia in Ecclesiis servanda? Decif. 34.
- 84 Quæ, & quot prudens Parochus docere debeat ueros, & puellas pro iisdem noviter introducendis ad Sacrosanctæ Eucharistiæ perceptionem? Decif. 35. & ibi Parænesis Eminentiss. Card. B. A. R. B. A. D. I. C. I. Episcopi Patavini ad suos Parochos pro instruendis prædictis pueris, ac puellis.
- 85 Utrum Episcopus possit punire Regulares admittentes Sacerdotes Sæculares peregrinos ad celebrandum in eorum Ecclesiis, absque ipsius Episcopi scientia, & licentia, Decif. 37. num. 7.
- 86 Lampadarum varia nomina, necnon varæ significationes, & usus Decif. 38. à num. 1. & seqq.
- 87 Quot sint membra humani corporis secundum Rabbinos? d. Decif. 38. num. 1.
- 88 Quæ sit festivitas Chanuca, quam annuatim celebrant Hebræi? d. Decif. 38. num. 3.
- 89 Quæ præcepta faciant Rabbini mulieribus Hebræis? ibid. num. 4.
- 90 Quanam essent illæ decem Virgines, quæ acceptis Lampadibus exierunt obviam sponso, & sponse? Matth. 25. 1. dicta Decif. 38. num. 5.
- 91 Lampadarum usus etiam in primitiva Ecclesia fuit apud Christianos, & miraculis approbatus. Decif. 38. num. 10. & 11.
- 92 Ad quem spectet facere expensas pro manutenuenda Lampade ardente coram SS. Eucharistia? An ad Parochum? Vel ad Parochianos? Decif. 38. num. 13. & 14.
- 93 An Parochus peccet mortaliter, si negligens sit in curando, ut Lampas semper ardeat coram Sanctissima Eucharistia? Et qua pœna sit ab Episcopo plectendus? Decif. 38. num. 15. 16. & seqq.
- 94 Quanam species peccati sit furari oleum destinatum pro Lampade SS. Sacramenti? Decif. 38. num. 21. & 22.
- 95 An cadentibus Sacris Particulis in terram, intra clausuram dum Moniales communicantur, sint colligi, & elevari à Monialibus? Vel debeat Confessarius ingredi Clausuram ad eas suscipiendas? Decif. 44.
- 96 An benè faciat Parochus, qui Sacram Hostiam delatam in Processione, vel expositam Publicæ Orationi, dividit in quatuor partes, eas reponendo in Pixide distribuendas Laicis communicantibus? Decif. 45.
- 97 An Concilia Provincialia obligent extra Provinciam; & Synodalia extra Diocesim, saltem directivè? Decif. 45. num. 2. 3. & 4.
- 98 An Laicis communicantibus possit dari simplex ablutio in Calice? Decif. 45. num. 6.
- Homines quot diebus vivere possint sine cibo? 99 Decif. 47. num. 10.
- Compendiosa relatio Nativitatis, & Virtutum Beatæ Helenæ Enselminæ Nobilis Paduanæ, discipulæ Sancti Antonii Confessoris, cujus Corpus integrum servatur Paduæ per annos 450. apud Montales ejusdem Beatæ Helenæ; quæ iudicè fuit declarata Beata per Apostolicam Sedem Anno 1695. ut in Decif. 47. n. 8. & 9.
- Utrum ille, qui in die Paschatis non communicat in Parochia sua, sed in Ecclesia Cathedrali, satisfaciat Præcepto Ecclesiæ? Decif. 48. per totam.
- An peccet mortaliter Monialis, quæ semel tantum in anno recipit Sacram Communionem? Decif. 49. per totam.
- Quodnam Præceptum habeant Monachi Cassinenses, ac Regulares mendicantes circa frequentiam Sacræ Communionis à suis Constitutionibus? d. Decif. 49. à num. 2. & seqq.
- Appellatione Monachorum nigrorum, de quibus in Clem. Ne in agro. De Statu Monacher. qui veniant? d. Decif. 49. à num. 8.
- Utrum Moniales gaudeant privilegiis concessis Religiosis suorum Ordinum, etsi non sint subjectæ Regularibus, sed Episcopis? dicta Decif. 49. à numero 16.
- An infirmus nolens recipere medicinam à medico præscriptam peccet mortaliter? Et an liceat inedia voluntaria abbreviare vitam? d. Decif. 49. num. 29. & 30.
- Quidnam esset Mixtum, quod in Regula Sancti Benedicti hebdomadarius præcipitur sumere, antequam incipiat legere, propter Communionem Sanctam? d. Decif. 49. num. 4.
- An peccet mortaliter Monialis si aliquo tantum mense omittat Sacram Communionem ob improvisam animi perturbationem, qua forsitan invaditur? Decif. 49. num. 34. & 35.
- Quid agendum, si vomitus accidat post Sacram Eucharistiam receptam? Decif. 52. num. 6.
- Verbum Debet importat necessitatem, & inducit præceptum. Decif. 53. num. 3.
- Oza, qui tetigit Arcam Domini, quare percussus, & mortè punitus? Decif. 53. num. 4.
- An sit danda Communio Eucharistica conjugum, qui nocte præcedenti debitum solvit conjugale? Decif. 55.
- Quæ, & quot sunt tempora in quibus conjuges debent abstinere à debito conjugali? Decif. 53. num. 17. & 18.
- Quæ, & quot mala proveniant ex immoderato Veneris usu? Decif. 53. num. 19.
- An sumptio Tabacchi ante Missam, vel ante Communionem, frangat jejunium naturale, & reddat suscipientem inhabilem ad celebrandum, seu communicandum? Decif. 54.
- Quæ sint proprietates Tabacchi, & quos effectus pariat sive sumatur per masticationem, sive per fumationem, sive per nates in pulvere? d. Decif. 54. num. 9. & seqq.
- A quibus Summis Pontificibus sit prohibitum celebraturis Sacerdotibus sumere Tabacchum sub pœna censurarum? Decif. 54. num. 14.
- Quæ requirantur ad frangendum jejunium naturale? Decif. 54. num. 8.
- Utrum Tabacchus habeat vim nutritivam? Decif. 54. num. 18. & seqq.

Tabac-

Index Quaestionum Canon, Legal. ac Variar.

- 120 Tabacchus sumptus in ore, vel per masticationem foliorum, vel per fumationem frangit jejunium naturale? Decif. 54. num. 19.
- 121 An sola pituita possit nutrire hominem? Et an dentur animalia, quae longo tempore vivant sola pituita? d. Decif. 54. num. 20. & 21.
- 122 Quot sint genera morborum, & infirmitatum, quibus impeditur infirmus à receptione SS. Eucharistiae? Decif. 55.
- 123 Delirantes, Phrenetici, & Dementes quando sint communicandi? Decif. 55. num. 2. & 3. ubi novem Regulæ.
- 124 Schirantiae morbus ex quibus causis procedat, & quando impediat Communionem? Decif. 55. num. 5. & 6. ubi Regula pro Parochis.
- 125 Infirmitas si existat in Oesophago, vulgò *Cannaruzzo*, sive *Canna della gola* quando deneganda sit à Parocho Communio? Item si adsit nimia Tussis, seu Vomitus? Decif. 55. num. 8. & 9.
- 126 Volvulus si sit factus ob sui favorem appellatus *Miserere mei*, an sit danda Communio sacra illum patienti? Decif. 55. num. 11.
- 127 Habenti Flatum, Lienteriam, aut Cholerae commotionem an exhibendum Viaticum Sacrum? Decif. 55. num. 12. & 13.
- 128 Suffragium quot habeat significationes? Decif. 58. num. 6.
- 129 Quanam sit Etyologia Crapulae? Ebrietatis? ac Sobrietatis? Decif. 59. num. 1. & 2. Necnon Temulentiae, num. 4.
- 130 In quo differant Ebrius, & Ebriosus? Dec. 59. n. 3.
- 131 Quae sint poenae statutae contra Ebriosos? Decif. 59. num. 13. praecipue si sint Clerici? numero 15.
- 132 An mulier possit facere divortium, si ejus maritus sit Ebriosus? Decif. 59. num. 14.
- 133 Ob quae motiva servetur Sacra Eucharistia in omnibus Ecclesiis Parochialibus? Decif. 60. n. 2.
- 134 Utrum Eucharistia possit asservari in Ecclesiis non Parochialibus? Decif. 60. num. 4. & 5.
- 135 An expositio Sacrae Eucharistiae pro Oratione 40. horarum fieri possit absque licentia Episcopi? Decif. 60. num. 9. & seqq. & num. 20.
- 136 An Regulares possint admittere ad celebrationem in eorum Ecclesiis Sacerdotes externos sine licentia Episcopi? Decif. 60. num. 13.
- 137 Processio cum SS. Eucharistia in die Corporis Christi à quo sit facienda? Decif. 60. num. 21.
- 138 Regulares an omnes teneantur accedere ad Processionem in die Solemnitatis Corporis Christi? Decif. 60. num. 22.
- 139 A quibus fieri possit Processio cum SS. Eucharistia intra octavam Corporis Christi? Decif. 60. num. 23.
- Et à quibus singulis Mensibus? ioid. num. 27. 140
- Quanam sint Indulgentiae concessae Confraternitatibus Corporis Christi? Decif. 60. num. 29. & 30.
- An sit concessa Indulgentia recitantibus Angelicam Salutationem de mane, meridie, ac vespere? Decif. 60. num. 34.
- An Parochi teneantur enunciare Indulgentias populo, dum deferunt SS. Eucharistiam infirmis? Decif. 60. num. 37.
- Quid sit Pestis? Quid Epidemia? Quid Contagium? Et qui morbi contagiosi? Decif. 61. a num. 1. & seqq.
- Quot modis Contagium contrahatur? Decif. 61. 145 num. 6.
- An Scrophulae sanentur per contactum Regis Franciae? Decif. 61. num. 9.
- Utrum detur Pestis sive Contagio? Et quae sint praecipuae causae Pestis? Decif. 61. num. 11. 12. & 13.
- Quae remedia tempore Pestis sint adhibenda per Magistratus; & quae per personas privatas? Decif. 61. nu. 14. & 15.
- Utrum laborantibus Peste sit secanda vena; & sanguis extrahendus? Decif. 61. num. 16.
- Quae, & quot Privilegia sint à jure concessa tempore Pestis? Decif. 61. a num. 17. & seqq.
- An valeat testamentum scriptum à Parocho vel Confessario tempore Pestis? Decif. 61. n. 18.
- An conductor domus, eam deferens tempore Pestis teneatur solvere Affictum domino? Dec. 61. num. 19.
- Utrum Canonici tempore Pestis sint obligati ad Residentiam, & ad Chorum? Decif. 61. num. 25.
- Utrum privati possint beneficiis Parochi non residentes tempore Pestis? Decif. 61. num. 26.
- Quae Sacramenta teneantur Parochi administrare tempore Pestis; & quas industrias exercere pro sua, & Parochianorum salute? Decif. 61. num. 27. & num. 34.
- Inclusio, & detrusio in Monasteriis quotuplex antiquitus esset? & quibus ex causis fieret? Decif. 62. num. 1. & seqq.
- An poena pro delictis carnis sit hodie Judici arbitraria? Decif. 62. num. 5.
- Quid olim esset Pœnitentia publica, seu sollemnis; & quot essent gradus publicae pœnitentiae? Decif. 62. num. 6. & 7.
- An publici Pœnitentes essent capaces Ordinum, ac beneficiorum? Decif. 62. num. 9.
- Quinam sint Anachoretæ? Lauritæ? & Ascetæ? Dec. 62. num. 22. & 23.
- Eremitæ quinam propriè dicantur? Decif. 62. 161 num. 27.

